

EXERCICIOS DE TRADUCIÓN LATINA:
4ª e 5ª declinacións. Verbos irregulares. Numerais.
Demostrativos. Orde e prohibición. Voz pasiva

SIBYLLAE ET APOLLO

Quondam Servius, adulescens Romānus, per rura prope urbem Romam errābat. Septem milia passuum ambulāvit et ad pedes frondōsi montis pervēnit. Magno stupōre specum in saxo reppērit. Statim aliquid mirum sensit et gradum stetit: e specu flatus veniēbat suamque faciem attingēbat. Hoc cogitāvit: “Num ventus exīre¹² ex spelunca potest?” Metum suum vicit et aditum specus petīvit. Ad fundum antri vēnit et ibi forāmen in solo discrēvit. Genua flexuit et leves ululātus audīvit; at gemītus non erant, sed haec verba muliērum:

-Nobis ausculta! Iuva nos! Ne nos desēras!

¹² Infinitivo: Tradúzase por “saír” / “salir”..

-Quae estis? Quomodo ad vos venire¹³ possum? Cur infra terras vivitis? -Servius respondit.

-Duodecim Sibyllae sumus, Apollinis servae. Diu deus Delphorum in hoc specu nos clausit: ille nos pronuntiare¹⁴ oracula veterat (homines male cognitionem futurarum rerum usurpaverant); sed eius iussum non fecimus. Nunc in hoc puteo punimur! Sed tu auxilio nobis venisti!

-Mirabilis res haec est! Sed quomodo vobis prodero? Tantum homo sum! Praeterea, Apollinem timeo: nonne ego quoque puniar? Nemo deum offendit sine poena.

-Magnum donum tibi praebebimus! Quaestio una de vita futura tua a nobis respondebitur!

-Me suasistis! Quid vultis?

¹³ Infinitivo. Tradúzase por “ir”.

¹⁴ Infinitivo: Tradúzase por “publicar” ou “dicir” / “decir”.

*-Fac iter in Delphos. Ibi sacra lapis in templo Apollinis servatur:
umbilicus mundi. Fragmentum istius lapidis nobis affer, et
promissum solvemus.*

Servius aliquid timoris cepit, sed ad Delphos tetendit. In navi
a quibusdam mercatoribus frumenti vectus est. In aede
Apollinis fragmen lapidis scidit et in specum Sibyllarum
regressus est. Illae magnopere gavisae sunt et ei dixerunt:

-Nunc quaestionem tuam exspectamus.

-Vbi ero hac nocte? -Servius quaesivit.

*-In Olympo! -respondērunt sacerdotes; at illae nihil
intellegēbant.*

-Ego sum Apollo! -dixit Servius.

Statim Apollo humanam speciem reliquit et divinam figuram
adoptavit. Suae impietatis causa, Sibyllae in Tartarum in
perpetuum¹⁵ damnatae sunt.

¹⁵ *in perpetuum*: “para sempre” / “para siempre”.